Hinc eſt,[h] quod ſi agatur de delicto, pro quo tantummodo veniat imponenda[i] pœna relegationis, vel alia minor
5 relegatione, poterit procurator interuenire, ita tenuit gloſ. in d. §. publicè, in verbo, datur: & eſt communis opin. vt atteſtantur Scribentes in d. §. ad crimen, & in ſpecie Benedictus de Plūbino, poſt num. 24. & Rubeus, nu. 124. & ſeq. Idem atteſtatur Scribentes in d. cap. veniens, & in ſpecie Abb. num. 18. & Ana. nu. 8. & Marian. num. 41. & ſeq. & Berous nu. 35. ſubdens, quod ita ſeruatur in practica. Hanc etiam dicit eſſe communem Cy. in l. reos, col. 1. verſ. Secundo caſu, C. de accuſat. ſubdens, quod illā ſequitur vſus cauſarum Italię, Bart. in d. §. ad crimen, poſt num. 4. ſubdens, quod ita iudicaret, Signorol. cōſ. 169. num. 52. Angel. in d. l. reos poſt num. 1. Paulus de Caſtro in d. §. publicè, prout illum refert Anto. Gomeſ. lib. delictorum cap. 1. numer. 13. Capolla, conſil. crim. 72. verſic. de primo non videtur, Cardin. Alex. in c. ſi quando, col. 7. verſi. in glo. ibi. §. 2. quæſtion. 6. Blanc. in pract. crim. fol. 20. num. 51. Foller. in pract. crimin. fol. 131. n. 6. fol. 132. poſt nu. 12. prac. Conradi, fol. 262. numero 4. Berous in d. c. veniens, n. 35. & 39. quem refert Viuius in lib. communium opin. in verbo, procurator in capitalib. Menchiaca controuerſ. vſu freq. in d. cap. 17. numero 6. Carauita ſuper ritu 108. magnæ curiæ, nume. 2. & ſuper ritu 69. numero 8. vbi dicit, quod ita concludunt communiter Doctores. Hanc etiam opinionem de cōſuetudine ſeruari atteſtatur Alber. in dict. §. publicè, num. 6. & ſequent. Cæpolla conſil. crimin. 55. verſiculo ſecundo non obſtat. Et dicit Salycettus in dicta lege reos, numer. quarto, quod hāc opinionem conſuetudine roboratam eſſe omnes fatentur. Et licet aliqui voluerint facere differentiam, an relegatio ſit ad certum locum, puta, in aliquam inſulam, vel ciuitatem, quam vulgo cōfirmationem appellant; an autem ſit à certo loco, puta ab aliqua prouincia, vel territorio, quod vocamus exilium: nihilominus indiſtinctè tenenda eſt communis concluſio, quod ſcilicet vtroque caſu admittatur. Et ita tenent cōmuniter Scribentes, vt dicit Rub. in d. §. ad crimen, nu. 146.

6 Item etiam eadem ratione dicendum eſt in caſibus, in quibus tantummodò imponitur[k] pœna priuationis, ſeu depoſitionis ab ordine, ſeu dignitate: in his enim pariter poterit reus per procuratorem ſe defendere. Et eſt communis opinio, vt dicit Benedictus de Plumb. in dicto §. ad crimē, poſt numerum vigeſimumquartum, Marianus in dicto capitulo veniens, numero quinquageſimo. Rubtus in dicto §. ad crimen, numero 150. & ſequent. & in dicto §. publicè, numero 44.

7 Dictum eſt, quod in his criminibus, pro quibus imponitur pœna pecuniaria admittitur procurator: modo tu ſcis, quod pro homicidio de iure communi imponitur pœna mortis.[l] Pone, quod ex diſpoſitione ſtatuti alicuius ciuitatis imponatur pro homicidio pœna pecuniaria; nunquid poterit reus de homicidio imputatus comparere per procuratorem? Reſpondeo, quod ſic: & in hoc omnes concordant, vt dicit Baldus in dicta l. reos, numero vigeſimoquarto, C. de accuſ. Marian. in d. cap. veniens, numero 24. in fine, et poſt numerum 30. verſic. ſed aduertendum, quem refert Boſſ. in tit. an in crim. iud. & in prima concluſione. Et dicit Signorol. conſil. 2. numero decimoquinto, quod ita tenent communiter Doctores. Idem dicit Imola in dict. §. ad crimē poſt numerum 20. verſ. ſi autem ſtatutum, Salyc. in dicta l. reos, numer. 9. Hanc etiam opinionem dicit eſſe communē Rubeus in dicto §. ad crimen, numero 183. Cum enim diſpoſitio ſtatuti in loco, quo viget, ſuccedat loco iuris communis, vt dixi ſupra libro 1. non eſt habenda conſideratione pęna iuris communis, ſed tantummodò pœna ſtatuti. Hoc tamen intellige, vt procedat, quando ſtatutum imponit ſimpliciter pœnam pecuniariam pro homicidio: nam eo caſu vtique poteſt procurator interuenire. Si verò ſtatutum imponat pœnam mortis, à qua poſſit ſe liberare ſoluendo pœnam pecuniariam, tunc quia principaliter impoſita eſt pœna corporalis, non eſt procurator admittendus, & ita dicit communiter teneri Alber. in 2. parte ſtatut. qu. 123. Sed certè hæc quæſtio rarò poterit in practica contingere, eum ſecundum magis communem opinionem huiuſmodi ſtatuta imponentia pro homicidio pœnam pecuniariam non valeant, non ſint obſeruanda, vt dixi ſupra hoc eod. lib. §. homicidium, verſ. ſed nunquid.

8 Sed quæro,[m] quid ſit ex diſpoſitione iuris communis, vel ſtatutorum pœna alicuius delicti remiſſa ſit[n] arbitrio iudicis, nunquid hoc caſu erit admittendus procurator? Reſpondeo.[o] Si quidem pro eo delicto ex tali arbitrio iudices non conſueuerunt imponere pœnam corporis afflictiuam, vtique poterit procurator interuenire; aliàs ſecus: & ita obſeruatur de conſuetudine, vt atteſtatur Angel. in d. §. ad crimen, in vltimis verbis, quem refert Imola in d. §. ad crimen, poſt nn 20. ver. quid autem ſi pœna. Sed hoc intellige, vt procedat quando pęna eſt commiſſa arbitrio ipſiuſmet iudicis, ſed ſi eſſet reſeruata arbitrio Principis, vel ſuperioris, non eſt audiendus reus per procuratorem, etiam quod Princeps pro delicto, aliquando pęnam corporalem non impoſuiſſet: nam ea, quæ pendent à voluntate Principis, non ſunt inferiorum regulis ſubijcienda.

9 Vlterius quæro:[p] Pone, quod lex, vel ſtatutum imponat pro aliquo delicto pęnam pecuniariam, ſed in caſu, in quo non ſolueret pęnam pecuniariam infra certum tempus, imponeret pęnam corporis afflictiuam, nunquid poterit reus eo caſu comparere per procuratorem? Reſpondeo, quòd ſic. Ita dicit Imola in dict. §. ad crimen, numer. 20. & eſt com-

munis

Reus perſonaliter compareat, non videretur amplius diſputandū, credo tamē minorem cogi nō poſſe, vt perſonaliter compareat, per procura. *Drogh.*

h *Hinc eſt, quod ſi agatur de delicto.*] Adde, quod
12 fallit † in crimine iniuriarū criminaliter moto, per text. in l. fin. C. de iniur. exceptis perſonis Illuſtrib. ſed hodie in Regno Neapol. per rit. 269. in cauſis crimin. obſeruatur, vt ſup. dixi, ver. 1. hac ead. q. *Bai.*

i *Pœna relegationis.*] Farin. d. q. 99. p. 1. num. 66. 67. & ſeqq. *Roſ.*

k *Pœna priuationis.*] Far. d. loc. nu. 72. *Roſ.*

l *Pone quod.*] Farin. dicto loco num. 79. & trib. ſeqq. *Roſ.*

m *Sed quæro.*] Farin. d. q. 99 nu. 28. vol. 4. parte prima. *Roſ.*

n *Arbitrio iudicis.*] Adde, quod Anchar. eius conſil. 182. quem refert, comprobat, ac ſequitur Crau. eius conſ. 224. col. 2. verſ. illud non omitto, tenet, quod vbi ſumus in delicto, cuius pœna corporalis ad effectum produci nō poteſt, nec procurator admittatur, quod nota. *Giacb.*

o *Siquidem pro eo delicto.*] Adde, quod ita etiā
13 tenet † Anchar. conſ. 272. quem ſequitur Crauet. cōſil. 224. col. 2. verſ. illud nō
14 omitto, quod amplia † procedere etiam ſi Iudex, in cuius arbitrium pœna eſſet collata, contumacem in pœnam pecuniariā condemnaſſet, & condemnatus obtinuiſſet admitti ad nouas defenſiones, quia tenetur ſe conſtituere in carceribus, prout tenebatur ante declarationē pœnæ pecuniarię, Ancharan. d. conſ. 272. Et idem eſt in cauſa reſtitutionis in integrum; ſiue ſit minor, ſiue ſit maior, Marſ. ſing. 221. reſtitutio, Plot. in l. ſi quādo, §. 16. numero 15. fol. 174. *Baiard.*

p *Vlterius quæro.*) Far. ubi ſupr. à nu. 77. vſque ad 90. *Roſ.*

muni opin. vt ait Marian. in dicto cap. veniens, poſt num. 32. columna 3. verſ. ſed aduerte, Rubeus in dicto §. ad crimen, numero 179. & ſeq. Hanc tamen intellige vt procedat, dummodo principalis ipſe ſit notoriè ſoluendo, vel (vbi nō ſit idoneus (pręſtet idoneam cautionem de ſoluenda condemnatione pecuniaria, vbi eum condemnari contingat: alias verò tenetur perſonaliter comparere, nè forte condemnatio redderetur eluſoria. Et ita ſeruatur, vt dicit Blanc. in prac. crim. fol. 29. nu. 113.

10 Sed pone, Tu ſcis quòd ex forma ſtatutorum, pro vulnere communiter imponitur pœna pecuniaria, pro homicidio verò impunitur pœna mortio: modo Titius vulnerauerit Seium: & dubitatur, an nullus ſit lethale vel ne: Quæro, ſi procedatur contra Titium, an eo caſu ſit admittendus,[q] vt compareat per procuratorem. Reſpond. Aliqui dicunt, quod poteſt iudex hoc caſu admittere procuratorem, ſub conditione, quòd ſi Seius moritatur, habeatur pro non admiſſo: Et hanc dicit eſſe communem opinionem Alexand. in l. prætor ait, in princ. num. 5. & ſequen. ff. de damno infecto: Sed certè hæc practica mihi nunquam placuit: quia hoc modo, ſi poſtea ſequeretur mors vulnerati, iam reus feciſſet ſuas defenſiones abſque perſonali conſtitutione, quod eſſet valde inconueniens. Et licet eo caſu poſſet iudex inhærendo admiſſioni procuratoris condicionaliter factæ decernere, quod tales defenſiones haberentur pro non receptis, nihilominus ſi ex eis appareret de innocentia rei, non video, quomodo poſſet eum quamuis contumacem condemnare. Propterea iudicio meo tutior eſt practica, quæ ſeruatur in hoc Ducatu, quod ſcilicet iudex ſuperſedet a procedendo, donec videatur exitus, an ex vulneribus ſequatur mors, vel non: quam etiam practicam arbritror eſſe iuri communi magis conformem; nam clarum eſt, quòd etiamſi aliquis alium lethaliter vulnerauerit, ita vt certum ſit illum ex eo vlnere periturum, non propterea poteſt inquiri de homicidio, neque puniri de occiſo antequam vulneratus moriatur, vt dicit Bart. in l. damni, §. Sabini, numero 5. ff. de damn. infect. & eſt cōmunis opin. vt atteſtatur Card. Alex. in capit. 1. in princ. columnia 2. in princ. quibus mod. feud. amitt. prout illum refert Plaza lib. 1. delict. cap. 12. poſt numerū 14. Nō poteſt ergo iudex contra eum procedere, niſi de vulnere, & ſic vbi mors poſtea ſequatur, opus erit nouo proceſſu, & noua condemnatione, & omnia prius acta erunt fruſtratoria, & nullius momenti. Bene verum eſt, quod in hoc Ducatu, in quo ex diſpoſitione conſtitutionum pro vulneribus illatis animo deliberato eſt impoſita pœna mortis, vtique poſſet iudex procedere, etiam non expectato euentu, ſaluo tamen iure procedendi de homicidio, vbi mors ſequeretur, ex quo vtroque caſu reus teneretur perſonaliter comparere, & ſic nullum poſſet ſequi inconueniens. Et hoc aliquando vidi ſeruari in caſibus atrocibus, & celeri expeditione dignis.

11 Hæc autem concluſio, quòd in cauſis criminalibus non ſit procurator admittendus, non videtur de iure communi multum pręiudicij afferre poſſe imputatis de aliquo crimine, ex quo regulariter de iure communi non poteſt procedi contra abſentem ad ſententiam diffinitiuam, ſed tantummodo ſit annotatio bonorum, vt dixi infra quæſtione 44.[ſ] Sed quid dicendum in caſibus, in quibus abſens poteſt diffinitiuè condemnari ex forma ſtatutorum, quæ communiter vigent in ciuitatibus Italiæ, & alijs, diſponentium, quòd contumax habeatur pro confeſſo, & conuicto, & poſſit capitaliter condemnari? nunquid iſtis caſibus erit admittendus procurator, qui pro ipſo abſente interueniat? Reſpond. Hæc eſt ardua quæſtio, in qua Doctores tam antiqui, quàm moderni variè locuti ſunt. Nam Cyn. in dicta l. reos, columna fin. verſic. Tertio quæritur, C. de accuſat. videtur tenuiſſe, quod vbi abſens poteſt diffinitiuè condamnari, ſit admittendus procurator, referens Dyn. ita conſuluiſſe in facti contingentia, & hanc opinionē dicit eſſe communem Imola in dicto §. ad crimen, numero 17. in fin. quem refert Corn. conſilio 17. in princip. lib. 3. & conſilio 122. in littera F. lib. 4. & conſilio 325. quod eſt conſilium vltimum in littera G. lib. 3. & Ruin. conſilio 119. in primis verbis lib. 5. Ang. in dicto §. ad crimen, poſt numerum quartum ver. Nonò fallit, vbi etiam ſubdit, quòd ita practicatur vbique, quem refert Ang. ad Ang. de malef. in verbo. Qui dominus iudex, ſub numero 13. Cępolla conſ. criminali 46. verſic. præterea dico, Abb. in d. cap. veniens, poſt numerū 19. Marian. in dicto cap. veniens, numero 54. & ſequen. Bellamera deciſ. 717. ſi clericus. Et dicit Alexand. de Neuo conſilio 90. numero 3. quod hæc eſt communis opin. Legiſtarum, & Canoniſtarum, quod conſilium eſt repetitum inter conſilia criminalia diuerſorum conſ. 89. libro 1. Dicit etiam Cyn. in dicta lege reos, verſic. item ſcire debetis, quod hæc eſt communis opinio maiorum noſtrorum, & quòd quidquid ſit de iure, conſuetudo Italiæ approbat hāc opinionem, & illum refert Corneus conſ. 273. in littera D. libro 3. Contrariam autem ſententiam, ſcilicet quod etiam in caſibus, in quibus poteſt contra abſentem procedi ad ſententiam diffinitiuam, non ſit admittendus procurator, tenuit Raynutius in d. l. reos. Et dicit Baldus in dicta l. reos. numero vigeſimoquinto, quòd hæc eſt veritas ſecundùm omnes. Hanc etiam opinionem dicit eſſe commonem, Benedictus de Plumbin. in dicto §. ad crimen, numero 12. & ſequent. Alexand. conſil. 116. numer. decimooctauo, libro 2. vbi etiam ſubdit, quòd omnes dicunt ita de facto ſeruari, quem refert Marſil. in pract. crim. §. ſequitur, numer. 27. & Rubeus in dicto §. ad crimen, numero 61. & Vantius de nullitatibus, folio 239. numero 177. circa fin. & Practica Conradi, fol. 262. numero 5. Iaſ. in l. 2. C. qui teſtam. facere poſſ. prout illum refert Rubeus in dicto §. publicè, numero vigeſimoſexto, & Practica Papienſis, in forma inquiſitionis, in verbo. Hæc eſt quædam inquiſitio, numeeo 34. in fin. quòd iudices maleficiorum nolunt aliquem audire, quomodocunque veniat.[t] Mihi ſemper placuit opin. Rayner. quod etiam in iſtis caſibus admittatur procurator, quæ etiam (quicquid dicant tenentes contrarium) eſt magis communis, & in practica indiſtinctè obſeruatur, atteſtatur Alber. pater practicæ in dicto §. publicè, numero 24. Aliàs autem deſtrueretur tota practica criminalis, cū ho-

q *Vt compareat.*) Latè Farin. d. loco num. 106. & & alijs ſeqq. *Roſ.*

r *Antequam vulneratus moriatur.*] Verūtamē examinando iudex nō debet reū interrogare, an ex vulnere per eum illato ſequuta ſit mors, infra q. 45. ver. debet autē iudex ibi; Prætercà nō debet, prout nec etiā examinādo, debet interrogare, an velit vti dicto talis teſtis ſupra in §. falſum, verſic. vtens dicto ad fi. Adde, quę dixit Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 80. nu. 38. & 39. & n. 134. & in quantum hic ſubiungit de nouo proceſſu, vide ſup. q. 19. verſ. per exceptionem. *Drogh.*

Antequam vulneratus moriatur.] Adde, quid ſi puniretur ante mortem,
15 † videndū Parid. de ſind. verb. condēnatio, car. 25. & Boer. deciſ. 259. *Baiar.*

ſ *Sed quid dicendum.*) Farin. d. q. nū. 223. & duobus ſeq. *Roſ.*

t. *Mihi ſemper placuit.*) Farinac. vbi ſupr. nu. 226. *Roſſ.*

Et

u *Et in omnem caſum.*] Farinac. ibidem num. 146. *Roſ.*
Et in omnem caſum Doctores.] Adde, quòd etiam in caſi-
16 bus, in quibus de iure communi in criminalibus procurator
poteſt admitti, iudex poteſt dicere procuratori, quòd vult,
quòd principalis perſonaliter compareat tanquam melius in-
formatus, l. fin. C. de pro-
cur. & Boſſ. in tit. an in cri
min. iud. nu. 2. & Capyc.
in deciſion. 143. in fine, &
Ant. Scap. in tract. iuris nō
ſcrip. quòd ſer. in vtroque
foro, lib. 3. c. 42. vbi dicit,
quòd licèt pœna ſit pecu-
niaria, tenetur compare-
re, & poterit detineri; &
ſi comparet, poterit pro-
cedi contra eum, tanquā
contra cōtumacem; & po
ni in banno, & condēnari:
& atteſtatur, quòd ita ſer
uatur per Italiam. *Baiar.*
x *Et ideò vbicunque.*]
Tale præceptum quid im
portet, & quando ſit faciē
dum expreſſa cauſa, dixi
ſupra q. 31. verſ. Quæro
nunc; Hoc tamen, de quo
hic dicitur, fallit, vt per
Bart. in l. vbi pactum, nu.
10. C. de tranſact. ſupr. §.
homicidium, verſic. Item
ſcias. *Drogh.*
y *Vide quæ dixi.*] Farin.
d. q. 99. par. 2. n. 276. *Roſ.*
z *Tu ſcis, quod banni-
tus.*] Farin. tit. de carcer. q.
29. vol. 1. nu. 80. & plurib.
alijs, vbi materiam hanc
ſalui conductus latè exa-
minat. *Roſ.*
Tu ſcis quod bannitus.)
17 Adde † videndum Nel-
lum de bannitis in prima
part. primi temp. in 3. q.
& Foller. in pract. crim. in
verb. vel eos verbaliter ci
tari faciat, nu. 32.
18 Item adde, quod † ſal-
uus conductus non debet
concedi ad agendum, Bal-
dus in l. ſed ſi in hac, §.
ſed ſi per pœnam, ff. de
in ius vocand. & quando
concedi debeat bannito,
19 † & quibus pœnis violan
tes ſaluum conductum pu
20 niantur, † vide Menoch.
de arbitr. iud. caſu 336. &
337. vbi latiſſimè.
21 Item adde, quod † ſal-
uus conductus datus ali-
cui, & ſocijs, extenditur
ad Hebræos, Angel. in l. 1.
ff. ad legem Iul. Maieſtat.
& in l. vtimur, ff. de ſepul.
violat. & Roland. in con-
ſil. 35. nnmero 33. volum.
2. *Baiard.*
a *Debet ergo.*] Farinac.
vbi ſupra numero 79. &
ſequentibus. *Roſſ.*
b *Et talis ſaluus conductus non poteſt denegari.*] Ergo
neceſſario concedendus: Adde infra quæſtione 38. verſicul.
Hæc tamen ſupra quæſtione 26. verſicul. An autem accuſa-
tus, infra quæſtione 34 in princip. quæſtione 64. verſicul.
Quæro pone, Marſil. Rubr. de fideiuſſ. numero 50. In qui-
bus locis paſſim de iſtis ſaluis conductis, infra quæſtione 96.
verſiculo, ſed quid, & latius cauſas omnes, pro quibus peti
poſſit ſaluus conductus,
vide apud Menoch. de
arbitr. iudic. libro ſecun-
do. Cent. 4. caſu tricen-
teſimo trigieſimſeptimo.
Drogh.
d *Sed hic quæro.*] Quid
ſi exinde offendatur ab
aliquo priuato, Decian. in
tractac. crimin. tom. 2.
libr. 7. cap. 16. numer. 20.
Roſ.
d *De Principe non eſt
dubium.*] Adde Boer. de-
22 ciſ. 169. † vbi etiam ha-
betur, ſaluum conductū
frangens, quando tenea-
tur crimine læſæ Maieſta-
tis; & qualiter puniaur,
ſaluo conductu abutens;
23 † & qui ſocij † dicantur
24 vt ſaluus conductus vnius
proſit alteri: & ibi in fine
dicit, quòd Hyſpanorum
25 † mos eſt, non ſerua-
re fidem, prout etiam
dicit Ioann. And. in pro-
hem. drecretal. quem ſe-
quitur Bald. ibi columna
ſexta, verſiculo quæro ſi
aliqua negantur, vbi dicit
Bald. caue ergo à Catha-
26 lanis, † & hoc credo eſſe
veriſſimum, & Afflict.
deciſione quarta, vbi di-
cit verum eſſe, ſecuritatē
poſſe per Iudicē ex iuſta
cauſa dari, quando datur
ad tempus, & non in per-
petuū; quia illa dari non
poteſt niſi à principe, &
hoc etiā procedere, quā-
do bannitus eſſet delin-
quens ab illo Iudice, qui
dat ſecuritatem, & quan-
27 do Iudex † ſaluum con-
ductū concedere poſſit,
Menoch. de arbitr. iudic.
quæſtio. 81. & caſu 337.
& ibi etiam offendens
ſaluum conductū haben-
tem, qua pœna punia-
tur: ſed impetrans ſaluum
conductum, ſi vult cautè
agere, ne offendi poſſit,
faciat illum publicari, &
poni in loco, in quo ap-
paret bannitus, ita docet
Boſſ. in titul. de citatio.
nume. 36. & ita vidi pra-
cticari in ſtatu eccleſia-
28 ſtico † & præſertim in
ciuitate Spoletana, ſcili-
cet, quòd ſaluus condu-
ctus plubicatur in locis
publicis ſono tubę, ſed
non vidi, quòd ponatur in loco, vbi apparet de ban-
no: & credo, quod ſufficiat publicatio ad hoc, ut

*die ex conſuetudine totius Ita
lię. pro procūque crimine poſ-
ſit abſens (etiam ad mortem)
condemnari, vt dixi infra
quæſtio. 44. ſequeretur enim,
quòd in quacunque cauſa
procurator eſſet admittendus
quod eſſet (iudicio meo) ab-
ſurdiſſimum, & ita tene, &
ſerua in practica, & non er-
rabis. [n] Et in omnem caſum
Doctores tenentes contrariā
ſententiam ferè omnes faten-
tur, quòd poteſt iudex dicere
procuratori, quòd vult, quod
principalis perſonaliter com-
pareat, tanquan melius iufor
matus, & quod aſſeſſores hoc
obſeruant in practica. Et hāc
cautelam ponit Gand. & alij,
quæ etiā ſe vti ſolitum fuiſſe
dicit Angelus de maleficijs,
in verbo, Qui dominus iudex
videns, num. 17. Illam etiam
ponit Bartol. in l. 2. §. defendi,
nu. 2. ff. ex quibus cauſ. in poſ.
eatur, vbi dicit, quòd hæc eſt
cōmunis practica. Et hoc etiā
videtur fuiſſe ex mente Bar-
toli in l. qui bona, §. ſi alieno,
num. 16. ff. de damno infecto.
cuius opinio communiter re-
cipitur, vt dicit Rubeus in d.
§. publicè poſt num. 31. Et ita
ſeruat totus mundus, vt di-
cit Paul. de Caſtr. in d. §. pu-
blicè, num. 12. ſubdens, quod
niſi hoc fieret, nunquam dare
tur aliqua ſen entia in crimi-
nalibus, quia ſemper mitte-
rent procuratorem, qui cum
ſuis cauillationib. obuiaret, ut
dixi infra quæſt. prox. verſ.
quinimò vt dixi. [x] Et ideo ubi
cumque citatio continet, quod
reus perſonaliter compareat,
non eſt tractandum, an poſſit
admitti procurator, uel excu-
ſator, ſed neceſſe eſt, quòd ipſe
reus principalis perſonaliter
compareat, vt declarat Ruin.
in allegato conſil. 118. lib. 5.
Bene verum eſt, quòd ſi talis
procurator non vellet cauſam
abſentis defendere, ſed tan-
tūmodo proponere cauſas ab-
ſentiæ, eo caſu vtique eſſet au
diendus. Et in hoc vtriuſque
partis fautores conueniunt, ut
atteſtatur Monchiaca contro-
uerſ. vſu frequentium cap. 17.
nu. 2. vbi dicit, quod hæc nō
modo eſt communis, ſed rece-
ptiſſima omnium opi. [y] Vide,
quæ dixi infra verſ. Prædicta
autem.
Sed nunquid admittendus
ſaltem erit excuſator, qui pro
abſente compareat ad eum de
fendendum? Dixi infra q. pro-
xima. verſic. ſed, quòd plus
eſt.
Tu ſcis, [z] quòd bānitus pro
uno maleficio poteſt etiā pro
12 alio maleficio inquiri, &
banniri, vt dixi ſupra quæſt.
16. verſ. ſed nunquid: Pone
modò quod bannitus pro vno
citetur, vt compareat pro ſe-
cundo maleficio: nunquid po-
terit comparere per procura-
torem, ex quo propter primā
condemnationem non poteſt
perſonaliter comparere ad ſe
defendendum? Reſpon. quod
non, & ſibi imputet, ſi non
poteſt perſonaliter compare-
re, cum id euenerit ex ſuo ma-
leficio, ex quo non debet ip-
ſe conſequi commodum, vt
effugiat executionem ſecun-
dæ condemnationis, vbi ve-
niret condemnandus. [a] De-
13 bet ergo impetrare ſaluum
conductum reſpectu primæ
condemnationis, & perſona-
liter comparere pro ſecunda
ad ſe defendendum; & ita
practicatur, vt dicit Blanc.
in practica crim. folio vige-
ſimotertio, numero 102. & ta-
lis [b] ſaluus conductus non po-
teſt ei denegari, alias eſſet illi
auferre facultatē ſe defendē-
di, & ita ſe pluries fieri uidiſ-
ſe atteſtatur Boſſ. in tit. de ci-
tat. nu. 36.
Sed hic quæro, [c] quis poſ-
ſit huiuſmodi ſaluum condu-
ctum bannito concedere. Re-
ſpond. [d] De Principe non
eſt dubium, quòd poteſt illum*

29 non poſſit impunè offendi. Et in ſtatu † Eccleſiaſtico adeſt
conſtitutio March. libr. 4. cap. 29. per quam conceditur facul-
tas Iudicibus, vt poſſint concedere ſecuritatem bannitis in-
quiſitis de alijs delictis; & huiuſmodi ſecuritates ſemper ſint
ſeruandæ, vide Nell. de bannit. quæſt. 15. 2. part. 2. temp. Go-
zad. conſil. 22. num. 22. &
ibi etiam, quòd habens ſal-
uum conductum non po-
teſt moleſtari directè, nec
indirectè; & dato ſaluo
conductu in eundo intel-
30 ligitur † etiam in redeun-
do, Alex. conſil. 29. nu. 1.
& conſil. 90. volumine 6.
& Nell. in tractat. de ban-
nit. in 3. p. 2. temp. quęſt.
17. & 18. vbi dicit, quòd
communiter ad tollendā
dubitationem, apponitur
etiam ſtandi, & receden-
di; & ibi etiam habetur,
quando ſecuritas intelli-
31 gatur pro † vna vice tan-
tum, quando non appo-
nitur tempus: Si verò ha-
bet tempus, quo conce-
dens durare voluit illam;
non finitur, licèt banni-
tus reuertatur ad locum
extra dominium conce-
dentis; quia ex temporis
appoſitione colligitur con
traria voluntas conceden-
tis; & ſaluus conductus
32 † extēditur ad res, & per-
ſonas, Dec. in conſil. 51.
& Pariſ. in tractat. ſyndic.
in verb. ſaluus conductus,
fol. 95. & ibi, quòd ſi ca-
piatur habens ſaluum con
33 ductum † debet poni in
priſtinam libertatem, etiā
quòd à Iudice authorita-
tem non habente, illud ha-
buiſſet, Franc. q. 29. cum
34 ſequ. Et ſaluus † condu-
ctus morte expirat, niſi
verba ſint ampla, tenet
Ioan. Faber. inſtit. mand.
§. ſi adhuc: vt puta, quòd
duret, donec reuocatum
non fuerit. Sed iſtam ma-
teriam ſalui conductus,
per quos concedi poteſt;
35 & quando † admittatur
propter delicta ſub eo cō-
miſſa; & omnia alia ad
prædictam materiam fa-
cientia, vide omninò Fa-
rinac. variar. quæſtion. in
quæſtione 29. per totum,
& quando ſub ſaluo con-
ducto committitur delictum graue, ſalui conductus benefi-
cium amittitur, etiam quòd cum iuramento conceſſum fuiſ-
ſet, ita Iodoc. in practic. crimin. in cap. 26. num. 7. non autem,
quando eſt delictum leue, quia tunc etiam, quòd eſſet cap-
tus, reponitur in libertatem, Franch. in d. deciſ. 258. per totam
volumin. 2
36 Item adde, quòd † Iudex poteſt aſſecurare teſtes, vt tuto
veniant examinandi. Foller. in pract. crim. in verb. capiat in-
format. num. 52. & circa huiuſmodi materiam ſalui conductus
multa accumulauit Blanc. in loco allegato per Clar. vide etiam
Magalott. in tract. ſuo de ſaluo coduct.
37 Item adde, † quòd volens obtinere ſaluum conductum
debet narrare omnes qualitates, aliàs non tenet Bertaz. in cōſ.
104. num. 2.
38 Item adde, † quòd ſaluus conductus de eundo liberè, &
ſecurè, intelligitur etiam de mittendo nuntium, Bald. in auth.
habit. 2. notabil. C. ne fil.
pro patr. & Bart. ibidem
in fin.
39 Item adde, † quòd Ca-
pitaneus belli poteſt face-
re ſaluum conductum bā-
nito, & hoſti. Bartol. in l.
conuentionum in 2. op-
poſ. ff. de pact. & ibi Bald.
40 & Alex. Et qua † pœna
puniatur frangens ſaluum
conductum, ſiue ſaluam
guardiam Principis, vide
etiam Caſſan. in conſuet.
Burgund. in rubr. des iuſti-
ces, verſ. aduerte tamen,
quod videtur, nu. 46. fol.
mihi 62. vbi dicit, quòd de-
bet puniri pœna extraor-
dinaria: & ibi etiam ha-
betur, an Iudex laicus poſ
41 ſit punire clericum ſaluā
guardiam Principis fran-
gentem. *Baiard.*
e *In Iudice.*] Adde, &
vide per Iacob. Menoc. de
arbitr. iudic. libr. 1. quæſt.
81. & libro ſecundo, cen-
tur. 4 caſu 337. numero 2.
& per totum deinde, poſi-
to prius, quòd iudicis ar-
bitrio puniendus eſt, of-
fendens ſaluum conductū
habentem, extendit duo-
bus modis, ac declarat ſep-
tem, vide ibi. Sed cautus
eſſe debet impetrans ſal-
uum conductum, vt illum
publicari faciat, atque po-
ni in loco, in quo apparet
bannitus, ne ſub prætex-
tu banni offendatur, vt
docet Boſſius in titulo de
citation. numero 36. & in
materia faciendi ſaluum
conductum bannito vide
per Afflictum deciſion. 4.
Giach.
f *Saluum conductum
conceſſiſſet.*] Adde, quòd
ergo ſi ſaluum condu-
ctum concedere non po-
teſt, idem Prætor, & Se-
nator, niſi conſulto Se-
natu, nec etiam poterit
concedere litteras dimiſ-
ſorias, de quibus ſupra
quæſtione vigeſimaſexta, verſiculo Sed quæro. Saluus au-
tem conductus fieri poteſt per Iudicem in Statu Illuſtriſſi-
morum Principum de Gonzaga, vt eſt ſtatutum in crimin.
rubr. 373. & rubr. 269. *Droghus.*
g *Debes ſcire.*] Farin. d. quæſtione 99. numero 210. volu-
min. 4. *Roſ.*
h *Papa Bonifacius Octauus.*] Supra in §. Hæreſis, verſic.
Item de crimine hæreſis infra quæſt. 35. verſic. ſed retenta, in
princ. *Drogh.*
i *Item quæro.*] Farin. d. quæſtione 99. numer. 134. & alijs
pluribus. *Roſ.*

*concedere, ſed quid [e] in Iu-
dice? Et dicendum, quòd &
14 ipſe poteſt de iure illum con
cedere, & eſt communis op.
vt atteſtatur Blanc. in pract.
crim. fol. 33. num 15. & ſeqq.
Quidquid tamē ſit de iure, in
hoc Ducatu Iudices non con-
cedunt huiuſmodi ſaluos con-
ductus, ſed ſolus princeps, vel
ſenatus, vt dicit etiam Boſſ. in
loco præallegato. Et reperio,
quòd cū prætor Cremonæ, qui
iuxta ſolitum erat Senator, ta
lem [f] ſaluum conductum con-
ceſſiſſet, ſenatus ei reſcripſit
vt poſt hac abſtineret, & per-
mitteret, vt à Senatu peterē-
tur, vigeſimo ſexto Februa-
rij 1554.
[g] Debes ſcire, quod ſunt
aliqua delicta, pro quibus po-
teſt procedi etiam cōtra mor-
tuos, & eorum memoria dam
nari, vt eſt crimen hæreſis, &
alia, de quibus dixi infra, q. 51
verſ. quæro nunc, & ſeq. Po-
ne ergo, quod in aliquo ex il-
lis delictis procedatur contra
aliquem iam defunctum, nū-
quid poterunt eius hæredes cō
ſtituere procuratorem, qui ip-
ſum mortuum defendat? Re-
ſpond quod ſic, & ita in facto
obtentum fuit Romæ tempore
Clementis V. coram quo fuit
accuſatus de hæreſi [h] Papa
Bonif. VIII. iam mortuus, vt
recenſet Alber. in rubr. C. de
hæret. numero decimoquinto,
& in dicto §. publicè, numero
17. in fine, quem refert Ru-
beus in d. §. ad crimen, nume-
ro 83. & ſequent. ſubdens, ab
hac opin. tanquam communi
non eſſe recedendum. Ceſ-
ſat enim hoc caſu ratio con-
cluſionis, & regulæ, de qua
ſupra, quod ſcilicet niſi reus
compareat perſonaliter, iu-
dicium poterit reddi eluſo-
rium, nam hoc caſu neque
reus poteſt perſonaliter com-
parere, neque in eum iam
mortuum poteſt fieri execu-
tio, iuxta ea, quæ dixi in di-
cta quæſtione 51. verſic. ſed
hic incidenter.
Item quæro, [i] quid ſi reus
ſit præſens in iudicio, quia
ſcilicet fuerit captns, vel
ſponte ſe conſtituerit, nun-
quid pro eo poterit procura-
tor interuenire? Reſpondet.
quod ſic. Et in hoc omnes
Doctores concordant, vt di-
cit Bald. in dicta l. reos, nu-
mero 21. C. de accuſat. quem
refert Marian. in dicto capit.
veniens, numero 6. Et quod
quando reus eſt ex illa cauſa
carceratus, poſſit pro eo in-
teruenire paocurator, dicit
eſſe communem opin. Imol. in
dicto §. ad crimen, num. 18.
& ſequent. vbi etiam ſub-
dit, quòd ita ſeruat conſue-
tudo, quem refert Anton. Go-
meſ. capit. 1. de delict. nume-
ro 14. licet dicat, quòd cauti
Iidices faciunt actos proceſ-
ſus cum ipſiſmet carceratis,
ſubdens, quòd ita eſt commu
nis vſus, & ſtylus in practi-
ca, quod tamen intellige ſe-
cundùm ea, quæ ſtatim di-
dam; Aretin. in dicto capit.
veniens, numero 64. Cardin.
Alex. in capit. ſi quando, co-
lum. 4. verſ. ſed tenendo, 2. q.
6. Rub. in d. §. ad crimen, nu.
68. & ſequent. Menchiaca
controuerſ. vſu frequentium,
capit. 17. numero 4. in fin.
Ita etiam communiter tene-
ri, & ſeruari tectatur Abbas*